



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

VIII. Caluiniana in Diuinis Distinctio an sit indistincta athea, autothea,  
antithea?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

pud Gerlachium contra Busaeum: *Vera sunt haec diuinitatis esse nata, crucifixa, mortua.*

CALVINVS Inst. I. c. 17. *Deitas mortalis est, & aliquando mortua. &c.* Lutherani hanc hæresin Concordia sue insertam perennare voluerunt, & quater millenii subscriptioibus corroborarunt.

PAPISTA. Respondi in meo Lutherocalvinista, q. 16. & in Antichristo q. 7. Et verò Concilij Romani contra Cnassum anathematismus secundus est iste anno 483. *Si quis confundit duas Christianas, dicens: Deum passum carnem & non passum Christum carnem secundum Apostolum, damnetur.* Tertius: *Si quis impossibiliter immortalem Deum Verbum dicit conuersum in passum & mortem; & non reddit eius Carni, damnetur.*

II. HÆRESIARCH. *Mula corpora in impio regit Deus.* Ira Manes apud Aug. heresi 46. 49.

LUTHER. *Iadem verba sunt totidem, in assert. art. 36. 10. 2. VV iterb. anni 1551. Et eum articulum dicit omnium optimum esse, & rei Christianae summam.* &c. CALVINVS quantum docere contendat, *Dum ipse scelerum autorem, repetit ex nostro Luthero cal. q. 17. 18.*

PAPISTA. Ibidem contravenenum hoc præbui amuletum: & alibi ex professo pertractandi id locus erit infra proprius p. 4.

III. HÆRESIARCH. Apud Bzouium in Annali bus anni 357. §. 1. Photinus Christum non fuisse ante D. Virginem afferuit. Sic & Paulus Samosatenus, anno 464. & anno 166. §. 7. Et Nestorius Eam esse Theion negavit. &c. Sed utique damnatus est.

CALVINVS quoque Institution. libr. I. cap. 13. §. vlt. ait: *Sicut singitur in Patre continuus a deo generandi: quia scilicet, semper intelligit se, id est, generat procedens Verbum Dei Filium.*

PAPISTA. In Antichristo nostro quaest. 7. Christus ipse respondet, & immortalem suam vindicat. *Æternitatem: Sic & Heb. 13. IESVS Christus heri, &*

*hodie, & in secula. Heb. 7. Neque initium dierum, neque finem vita habens. Apoc. 1. 4. 11. s. xp. Qui erat, qui est, & qui venturus est. Quin Imo Ioan. 5. Ille est Verus Deus, & vita eterna. Vide Bell. I. de Christo. c. 8.*

### QUÆSTIO VIII.

*Calviniana in Diuinis Distinctio an si in distincta Athæa an Autothea?*

I. HÆRESIARCH. I. Sabelliani, Samosateni, &c. *Distinctio in Deo negant Personalem.*

2. Trithei & vt Philoponus, Gallus, Lullus, &c. tri dealem constituant.

3. Ariani, tres in eis in Deo somniabant.

4. Ariani, quæcias excedebantur, & auctoritas. De his certe require in nostro Luthero. c. 9. 20.

CALVINISTA. Calvinius Inst. I. c. 13. §. 23. *Filius Dei est compositum: quid pars una est à semet ipsa, altera à Patre.*

Calu. I. contra Gentilem pag. 917. *Si essentiam Pater cum filio communicauit ex parte; dimidius Deus est: si ex solido; in ipso Pater euauit. Ergo Vel cum Sabellio, non distinguuntur à Patre personaliter, sensu: Vel cum Manichæo, statuit; etiam natura distingui vtrumque.*

PAPISTA. I. *Vox, Alius, in Scripturis reali distinctionem significat.* Ut Ioan. 5. *Alius est, sc. à me Pater, quiescit in me.* Et Ioan. 14. *Alium, à me & te diuersum, Paracletum dabit vobis.*

Sic in Personis: at in Natura. *Ego & Pater unum sumus.* Ioan. 10. Isa. 48. *Dominus me misit, ET Spiritus eius.* Eph.

2. *Per ipsum Filium habemus accessum ad Parentem in uno spiritu.* En diuersos tres.

2. *Scriptura facit Deum loquenter in numero plurali.*

Y Gen.



Gen. i. *Dixit Deus; Faciamus hominem ad imaginem.* Gen. 3. *Ecce Adam quasi unus ex Nobis factus est.* Gen. ii. *Venite descendamus, & confundamus linguam eorum.* Ioan. 14. *Ego & Pater ad eum veniemus, & mansio nem faciemus.*

3. *Scriptura, de Deo loquens, ternario numero gaudet: Ut Ego sum, qui sum; qui est, misit me ad vos.* Exo. 3. Ibid. *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob.* Deut. 6. *Dominus Deus Dominus unus est.* &c. Vide Bell. l. 2. de Christo c. 6.

II. HÆRESIARCH. Mahometis vox est: Azoara 27. *Deus substantia est necessariò existens; cui impossibile est, ut Essentiam aliunde mutueretur.*

*CALVINI* vox est, Inst. l. 1. c. 13. §. 23. *Quomodo Creator est Christus, si qui omnibus Esse dat, non erit à seipso; sed aliunde Essentiam mutuabitur.* Vix quo conformius ouum est.

PAPISTA. Longè secus S. Patres, Hilarius l. 4. de Trinit. *Nihil nisi natum, habet Filius, id est, ait Aug. tract. 31. in Ioan. Quicquid est Filius, de illo est, cuius est Filius,* Ieo *Dominum IESVM dicitur Deum de Deo.* Secus à Caluino concilia. Secus S. Biblia. Vide *Lutherio-cal.* q. 21.

### III. DE CHRISTO HOMINE.

#### QVÆSTIO IX.

An Lutherio-calviniani sint Nestoriani?

I. HÆREVIARCH. Cherintus, Apostolorū ètate, Iesym preparauit a Christo: ut purum hominem ex Ioseph & Maria natum: in quem dum baptizauit, specie columbae, descendit Christus. Ita apud Irenicum l. 1. c. 23.

Dicit PLACIANI quidam, ait Cassianus l. 1. & 6. de

Incarn. docurunt, Natum merum Hominem, su meritis, anno ætatis 30. Christum factum: post partem suis item meritis factum Deum. Similiterque alios suis posse viribus benè beatè que viuere, aequ beati.

*APOLLINARIS* sub annum 378 *Divinitatem Christi anima loco suisse confinxit: quod humana careret anima.* Bzou. anno 349. §. 5.

*NESTORIUS* sub annum 429. Patriarcha Confusinopolitanus, innouauit idem; addens: *Christum solum Naturam, sed & Personam humanam assumptam at proinde Mariæ filium esse Christum, non Christos; & unitatem, passionem. &c. ascensionem Homini soli suendam.*

Porro *VNIONEM* Christi cum Dei Filio factam postea fingebat quadrifariam, teste Eugenio lib. 1. &c. & Theodoreto l. 4. bar. fabul. Qui principio & Nestorianus contra Cyrillum scripti; sed respuncti Conc. Chalcedonensi A. 8. )

1. *Per inhabitationem Dei in Christo, ut templo.*  
2. *Per unionem voluntatis & dilectionis Christi ex voluntate Dei: Ut vir & mulier dux personam, & una tamen eata: ita Christus est Deus.*

3. *Per Operationem qua Deus vtebatur homini Christo in miraculis parrandis.*

4. *Per Participationem: qua Verbum Christi in percivit Nomen Filii Dei, Dignitatem, ut adoraret. Vt imagines afficiuntur Nominibus Sanctorum & Honoribus.*

*LUTHERVS* in Conc. de Nat. Dom. Impedit quidam *Christum Hominem Omnipotentem factum.* Ab ea tamen abiuit sententia in contraria Eutychianam. De qua questus Beza lib. contra theses Andr. Smidlini; *Germania*, ait, totiusque mundi peccata fecerunt, quod Lutherus in ea sententia non perfueraverit.

2. Nic. Selneccerus epist. ad Wittembam. Dicere: *Humana in Christo natura non est omnipotens, blasphemum est.*

3. Realem Attributorum comunicacionem docent Lutherani; Verbalem Caluinista Pater in *Lutherio-cal.* q. 24. 25. Et eam fieri voli accidentaliter ex *Vnione naturarum.* At hoc Nestorianum est.

Caluinianum istud Beza lib. contra Westphalum: *Deus per Omnipotentiam suam non potest consituere Corpus Christi in pluribus locis. Sed dominus Christi vide Lutherio-cal. p. 1. q. 14.*

*CALVINVS* Inst. l. 1. c. 13. §. 9. perpetuò distinguit Duas in Christo Personas, *Vnam Filii Dei* alio-